

**Cum libertas inestimabilis res sit** Aliam rationem legis **Ælia Senecæ** fuisse existimo, nempe quod servi junioribus dominis facile blandis verbis aut aliis artibus persuadere possunt ut ipsos manumittant, *arg. §. 4. sup. eod. vel propter aliquos obsequii compensationem*. Est quidem libertas res inestimabilis, & ipsi servo *ἄξιον τιμωροῦ ἀποδοῦναι* (nihil libertate præstantius), at seruum libertate donare non est inestimabile domino, cui longe plus est posse aliquem hereditatem insituere, prædium legare, quam seruo vilissimi pretii dare libertatem, licet ipsi seruo majus sit libertatem accepisse quam hereditatem aut prædium.

**Ideo nos medianam viam eligentes** Hinc inferunt posse quandoque judicem in ambiguitate juris vel facti rem dividere, *Cujac. 17. obs. 21. Thessaur. decis. 19. Boer. decis. 129.* Et sane causa anceps per mediocritatem optime dividitur, etiam Paulo teste in *l. filio 7. ut legat noni. cap.* Sic etiam de dominio speciei ex aliena materia factæ discussio inter Sabinum & Proculum esset, Gajus in *l. 7. §. cum quis 7. de acq. rer. dom.* medianam sententiam secutus est, eamque probavit Justinianus *§. cum ex aliena 25. infr. de ver. divo.* Et Tiberius Cæsar cum seruum ejus Parthenius tanquam ingenium heres scriptus esset cum substituto Parthenii hereditatem dividit, *l. hoc 41. de her. inst. §. ult. infr. de vulg. subst.* Videndum tamen semper est quid suadeat ratio juris.

**Nisi 17. annum** Jure novissimo permitti-

## TITULUS VII. DE LEGE FUSIA CANINIA TOLLENDÆ.

*Lib. 7. Cod. tit. 3.*

### TEXTUS.

**Lege Fusia Caninia certus modus constitutus erat in servis testamentum manumittendis, quam quæsi libertates impediendam & quodammodo invidiam tollendam esse censimus: cum satis fuerat inhumanum viros quidem licentiam habere totam suam familiam libertate donare nisi alia causa impediat libertatem, morientibus autem hujusmodi licentiam adimere.**

### COMMENTARIUS.

**Certus modus** Id est certus numerus definitus erat quem in manumittendo excedere

## LIB. I. TIT. IV.

tur non minus libertates quam res alias testamentum faciendo re linquere ea ætate quæ testamentum facere permissum est, masculis nimirum anno ætatis quarto decimo, feminis duodecimo, *Nov. 119. c. 2.*

**Pro aliis postulare** Veteres ætatem 17. annorum idoneam rati sunt ad prodendum in publicum & causas agendas; argue hæc ætate & paulo majore fertur Nerva filius publicæ de jure responsisse, *l. 1. §. 3. de postul.* Est autem, si libere philosophandum est, vitiosa hæc collectio: adolescens annum ingressus 18. pro alio postulare potest, ergo & seruum suum testamento manumittere. Sunt enim hæc plane diversa. Ne pigeat in transitu discere pueros ingenuos usque ad annum ætatis 16. præterea puerili toga usos fuisse, ingressosque annum 17. puram quæ & virilis dicitur videri: quo fere anno ad Oratorem aliquem deducebantur quicum in forum descendentes annum unum patronos audiebant, quo assiduis auscultationibus confecto causas ipsi agere tanquam jam informati & non omnino rudes instabant; funebres autem orationes etiam minore multo ætate habebantur, nam Augustus annum agens 11. pro concione aviam Juliam defunctam laudasse traditur. Sueton. in *Aug. cap. 8. Adde Car. Sigon. l. 3. de judic. c. 18. Hotom. hic. VINN.* Immo anno ætatis XV. expleto togam virilem sumisse adolecentes, eleganter & cum apparatu demonstravit Henr. Noris *Senotaph. Pisan. dist. 2. c. 4. HEIN.*

## DE LEGE FUSIA CANINIA TOLLENDÆ.

ralitatis laudem tum maxime venantes. Pertinet hæc insignis locus apud Dionys. Halicarn. *lib. 4. p. 228.* ubi scribit: *multos se vidisse qui profusa honoris ambitione omnes servos suos testamento vel flagitiosissimo manumitterent ut piceati funus sequerentur.* Atque hic fere mos esse legislatorum ut ea sola prohiberent quæ facile fieri posse existimant, non quæ difficultes, *l. 4. in fin. ad Sen. Vell.* ubi eadem ratio redditur cur Senarus intercessionem mulieri prohiberit, non donationem; & videmus quo facilius quid fieri potest quod lex fieri non vult, eo strictius id vetaris: ideo enim lex Julia fundum dotalem alienari vetat invita muliere, obligari etiam ea consentiente, *in quibus alien. non lic. in pr.*

**Totam familiam** Id est, ut Theophil. vertit *πᾶντας τοὺς οἰκίας* (omnes servos). Servos enim unius domini familiam veteres frequenter ap-

pellant, ut in *tit. si fam. furt. sec. l. 9. de jurisd. l. illud 32. in pr. ad leg. Aquil. l. optio 13. de opt. leg. l. pronuntiatio 195. §. servorum 3. de verb. sign. atque in urbana & rusticam dividunt, *l. urbana 166. eod.* Alias plerisque hujus vocis significationes habes in *l. pronuntiatio 195.**

**Alia causa impediatur** Puta si manumissor solvendo non sit, vel minor decem & septem annis.

**Morientibus adimere** Argumentatio ab actu inter vivos ad ultimam voluntatem, eaque *κατασκευαστικῆ* (demonstrativa, seu preparativa) Quatenus hæc argumentatio procedat & contra, bene docet D. Præses Everard. Claud. Cant. in *Topic. & Myns. hic.* Certe non procedit si legis Fusie spectemus rationem, quæ hæc est, quod facilius in testamento manumittimus quam inter vivos, *l. 4. in fin. ad Senat. Vell.*

## TITULUS VIII.

### DE HIS QUI SUI VEL ALIENI JURIS SUNT.

*Dig. lib. 1. tit. 6. L. 6. tit. 1. Part. 4.*

### TEXTUS.

#### Altera divisio personarum.

**Sequitur de jure personarum alia divisio. Nam quedam persone sui juris sunt, quedam alieno juri subiectæ. Rursum earum quæ alieno juri subiectæ sunt alia sunt in potestate parentum alia in potestate dominorum. Videamus itaque de his quæ alieno juri subiectæ sunt: nam si cognoverimus quamnam ita persona sunt, simul intelligemus quæ sui juris sunt; ac prius inspiciamus de his quæ in potestate dominorum sunt.**

### NOTA.

**In potestate** Varia est hujus vocis significatio, *l. 215. ff. de verb. sign.* hic summam significat *ἄρχης ἐξουσίας*, ut definit Theoph.

### COMMENTARIUS.

**Proponitur** hic ex Cajo *l. 1. hoc tit. alia personarum divisio*, sed non sine vitio. Primum quia hæc ex summa illa quæ *sup. tit. 3.* tradita est non deducitur; deinde quia de servis jam ante intellectum est eos omnes esse juris alieni, ut nihil necesse fuerit rem eandem inculcare. Rectius fecissent Compositotom. I.

res si hic omissis servis quorum omnium eadem conditio est, liberorum hominum differentias, sicut instituerant *§. ult. diff. tit. 3.* porro persecuti essent, eosque subdivisissent in eos qui sui & qui alieni juris sunt, aut potius in patresfam. & filiosfam. ut Ulpian. *l. 4. hoc tit.* Excusantur tamen, quod cum de vi & effectu dominicæ potestatis adhuc cognoscendum erat, secretas superiorem divisione personas in unum iterum coegerint.

**Simul intelligimus** Ratio ex hoc principio logico petenda: contrariorum cogito uno cognoscitur & alterum, Arist. *1. Top. 14. §. 2. cap. 2. Cicero in Top. §. 2. de orat.* Non quod explicata & cognita una specie generis divisi statim accurate cognoscamus naturam speciei oppositæ, sed quod illa cognita intelligimus cetera quæ sub genere. comprehensa sunt ad species oppositas pertinere. Nam illud tantum in universum verum est, unum oppositum alterius cognitionem juvare in eo quatenus oppositum est, quo pertinet illud Arist. *2. Rhet. cap. 12.*

*τὰ ἐναντία παράλληλα μάλιστα φαίνεται*

(contraria invicem opposita maxime apparent.)

De jure gentium in servos.

1. In potestate itaque dominorum sunt servi, quae quidem potestas juris gentium est s. nam apud omnes peraeque gentes animadvertere potest dominis in servos vita necisque potestatem fuisse, & quodcumque per servum adquiratur id domino adquiri.

L. 7. Tit. 21. Part. 4.

COMMENTARIUS.

1 Jus vite & necis neque omnes gentes usurpant, neque justitia internalicere servum occidere.

EX quo jure servitus est, ex eodem & dominorum in servos potestatem esse nemo est qui ambigat. Ceterum quod hic ex Cajo l. 1. §. 1. hoc tit. Justinianus refert apud omnes gentes summum illud jus vite & necis in servos usurpatum fuisse, de majore parte accipiendum est, de quo eo quod impune in servos fit ex rigore juris gentium. Nam apud multos populos jus hoc usurpatum non fuisse sed servos humaniter tractatos, ut apud Parthos Germanos Hispanos ipsosque adeo Graecos, testes sunt Justin. lib. 4. Tacit. de morib. Germ. cap. 26. Athenæus lib. 6. Bodin 1. de repub. c. 5. Grot. 3. de jur. bell. & pac. 14. Et agnoscent omnes multum distare id quod impune in servum fit ex gentium jure, & id quod naturalis ratio fieri sinit. Cum in servum, inquit Seneca 1. de clem. 8. omnia liceant, est aliquid quod in hominem haere comment jus vetet. Et paulo ante: In mancipio, ait, cogitandum non quantum illud impune pati possit, sed quantum tibi permittat aequi bonique natura que parcere etiam capivisti & pretio paratis jubet. Et veto si natura inter omnes homines cognitionem quamdam constituit, l. 3. de just. & jur. consequens est hominem in hominem scire nefas esse, ac proinde alienum ab omni humanitate quamvis servum hominem tamen occidere aut crudeliter tractare. Apostoli dictum est: Domini quod juratum est & aequum servis praestate, scientes quod & vos Dominum habetis in caelo, ad Coloss. 4. v. 1. Vinn. Haec quidem omnino recte se habent. Sed nunquam tamen veteres dominis permisisse puto promissionem servos occidendi licentiam. Ea dominis ob jus vite &

necis non magis competebar quam summo imperanti, cui jus vite & necis est non tam imperi occidendi vel sciendi licentia. Nec plus periculi erat ne dominus servos suos sine ratione occidere vellet, quam ne quis eorum occidat. Servi enim erant nobilissima pars patri-monii. Hein.

Quodcumque per servum adquiritur] Hoc ut rationi juris gentium convenit (nam qui in alieno non tantum potestate sed etiam dominio est nihil proprium habere potest, de quo plenius in §. item vobis s. inf. per quas pers. cuig. adq.) ita nihil admodum iniquitatis habet, quoniam dominus vicissim ad alimenta servos praestanda obligatus est.

TEXTUS.

De jure civium Romanorum in servos.

L. 6. tit. 1. Part. 4.

2. Sed hoc tempore nullis hominibus qui sub imperio nostro sunt licet sine causa legibus cognitum in servos suos supra modum servire. Nam ex constitutione Divi Antonini, qui sine causa servum suum occiderit non minus puniri jubetur quam si alienum servum occiderit. Sed & magis quam si aperiatis dominorum ejusdem Principis con-jor aperiatis dominorum provinciarum de his ser- quibusdam Praesidibus provinciarum de his ser- vis qui ad adem sacram vel statuum Principum confugiant praecipit, ut si intolerabilis videatur servitium dominorum cogatur servos suos ho- nis conditionibus vendere ut pretium dominis daretur, & recte: expedit enim Republicae ne tua re qui male utatur. Cujus recepti ad- Alitum Martianum missi verba sunt haec: Do- minorum quidem potestatem in servos illi- barum esse oportet, nec cuiquam hominum- jus suum detrahi. Sed & dominorum inter- est ne auxilium contra servitiam vel famem- vel intolerabilem injuriam denegerit is qui- juste deprecatur. Ideoque cognosce de- querellos eorum qui ex familia Julii Sabini- ad sacram statuum confugerunt, & si vel- durius habitos quam aquum est, vel infa- ni injuria affectos esse cognoveris, veniti- jube ita ut in potestatem domini non re- vertantur. Quod si hoc constitutioni frau- dem fecerit, sciat ne hoc admisionum adu- se severius execraturum.

Ad adem sacram] Hæc verba ad adem sa- cram non sunt apud Ulpian. Rufini tit. 3. nec in l. 2. hoc tit. nec Theophilus habet. Vinn. Ru- fini Ulpianus, quod semel monendum, Vinnio est fragmentum Ulpiani apud Parlatorem le- gum Mos. & Rom. tit. 3. §. 3. S. d. Licinium Rufinum hujus collationis auctorem esse non- dum constat. Hein.

Statuum Principum] Statuum quoque Princi- pum his qui ad ea confugissent asylæ fuerunt, l. un. C. de his qui ad stat. princ. Judæorum populo sex civitates constituitur erant quo tuto confugerent, qui aperiatis (involuntarie) sangui- nem effudissent, Num. 35. v. 11. Deut. 19. d. v. 1. usq. ad 14. Jer. 20. per tot.

COMMENTARIUS.

- 1 Etiam circa minores penas in servos oportere adhiberi aequitatem.
2 Sicarius adulteris raptoribus & similibus cri- minum eorum jus asyli dandum non esse.
3 Potestatem quam dominus in re sua habet lege civili potest restringi.

REFERT hic Justinianus ex Cajo & UL- piano l. 1. & 2. hoc tit. Antonini Pium modum posse potestati domine- que perlicue immoderate utebantur, que hujus potestatis moderatio ad jus nature sive imernam justitiam jus illud exterius retraxit.

Sine causa] Nam ex causa licet: puta si ser- vum in tacito deprehenderit in quo reperitur etiam liberum occidere jus sit. Vinn. Veluti si dominus servum sibi insidiantem vel in adulterio deprehenderit l. 53. §. 3. ff. de leg. 1. l. 96. de verb. oblig. juncto §. 2. Inst. de leg. Aquil. & l. 24. ff. ad leg. Jul. de adult. Hein.

Non minus puniri jubetur] Hoc est publico judicio legis Cornelia de sicariis non minus obnoxius est & reus homicidii, quam si alienum servum occidisset: nam lex Cornelia non distinguit quis homo occisus sit, l. 1. §. 2. ad leg. Corn. de sic. Utique privatum Aquilæ judi- cium locum habere non potest cum quis sibi damnatum non alii inferat.

Majus aperiatis] Modica autem castigatio dominis permittitur, l. un. C. de emend. sero. & tamen etiam circa pœnas minores, puta verbera, in servos adhibenda est aequitas immo & cle- mentia. In constitutionibus que Clementi Ro- mano adscribuntur legitur, in servos adhiberi servum, non dominaberis ei dare, ait lex divina

de servo Hebræo Deuter. 15. per tot. quod nunc prolata vi proximitatis ad omnes servos debet extendi. Et Apostolus ait Ephes. 6. v. 9. ita scribit: Et vos dominus eorum facite illi, remittentes minas, scientes quia & illorum & verter Dominus est in caelis & porcionum ac- cepto non est apud eum. Sed & opere cum modo exigenda sunt, & valeudinis servorum humane habenda ratio, quod ipsam praver alia spectat: lex divina in Sabbati institutione, ni- mirum ut laboribus aliquod daretur spiramen- tum. C. Plin. l. 5. epist. 19. sic ad Paulinum scribit: Video quam mollior tuos habas, quo simplici confitebor tibi qua indulgentia meos tractas. Est mihi semper in animo Homericum illud, xarig' 3' as' h'ous' 3'as, (ut pater clemens sit) & hoc nostrum, paterfamilias in vo- ce & Seneca veterum humanitatem observat: Ne illud quidem videtur, inquit, quam omnem in- vidiam majores nostri dominis, omnem contum- eliam servis detraherent: dominum paternamili- tie appellaverunt, servos fratres, epist. 47. Plura hujusmodi habet Grot. lib. 3. de jur. bel. & pac. cap. 14.

Ad fanam seu templam deorum, quo confugientes aras & signa deorum impleri solebant, Plaur. Mostel. alt. 5. scen. 1. & Rudem. alt. 2. scen. 7. Virgil. 2. Eneid. eod. m. q. & obsecrati adversus creditores, specifice criminum capitulum receptantur, Tacit. 3. annal. cap. 60. & quia ab his locis neminem eripere fas erat, ideo asyla (non spolianda seu inspoliata) dicta sunt.

Sublato paganismo Imp. Christiani idem jus etiam templis Christianorum tribuerunt, cum C. de his qui ad Eccles. conf. sed levioris tan- tum delicti suspectos recipi voluerunt, non sicarios adulteros raptores aut similibus cri- minum reos; neque tunc adhiberi, & illa re- adhiberi (non necentibus sed laici, id est erro- re lapsi) in jus asyli dati, Nov. 17. cap. 7. Nov. 17. convenienter legi divine que jubet homicidam ab alteri abstrahi; atque his solum asylis (jus asyli) dari, qui aperiatis (non sponte) sangui- nem effuderunt, Exord. c. 21. v. 11. & seq. Num. 35. v. 6. & 11. Jos. c. 20. per tot. Cui etiam convenit quod Theocydes lib. 4. scribit, τὰς ἀστυλίας ἀπαγορεύσαντες καταφύγιον τῶν τοῦ θεοῦ (Aras confugium esse sine dolo peccantium) Ju- re autem canonico remotis solis nocturnis po- pularioribus agrorum & publicis latronibus, ce- teris quicumque facinoris rei immunitate Ec- clesiarum gaudent, cap. inter alia 7. & c. fin. de immun. Eccles. V. NN.

Sed hæc ampla benignitas multis PP. consti- G 2 tu-

tionibus coartata est. Nobis recentissima lex est Bulla P. M. Clementis XIV. data die 12. Septembr. ann. 1771. qua cavetur, ut quemadmodum ab antiquissimis temporibus ex usu & generali consuetudine in ditionibus Regni Valentie refugiorum & asylorum numerus diminutus admodum reperitur, ita in omnibus civitatibus ac Locis Regnorum Hispaniarum & Indiarum ad unum vel duo ad summum in unaquaque civitate seu Loco restringatur; ut pro refugio & asylo illa reputentur que proposita & assignata fuerint ab Ordinario Ecclesiastico in unaquaque civitate. Multa præterea tum de reformatione Rescriptorum, tum de honore etiam Ecclesiis immunitate jam non amplius gaudentibus servando, præclare in dict. Constituit. stabilita sunt, que omnia referre non est hujus loci. ADDIT.

Ad statum Principum] Statuz etiam Principum his qui ad eas confugissent asylo fuerit, l. 1. §. 1. ff. de offic. pref. urb. l. un. C. de his qui ad stat. Princ. conf. quæ statutum veneratio sane antiqua est. Meminit Livius lib. 23. c. 10. statue Ptolemæi Regis apud Cyrenas, ad quam cum quidam Decius Magius Campanus qui à Pœnis victus Carthaginem ducebatur confugisset, manus hostium evaserit. Plura de statu & imaginibus Principum vide apud Brisson. 4. antiq. 11. VINN. Et hanc immunitatem Regis Domibus antiquo Hispanie jure competisse dicitur in l. 2. tit. 17. Part. 1. ADDIT.

Cogatur servos suos] Apud Græcos quoque servis durius habitis licebat *πρῶτον δεσπότην*, ad venditionem proclamare, teste Plutarcho *πρῶτον δεσπότην* (de superstitio) aut certa pecunia se redimere, ut ex Plauti Casina discimus quæ Comædia Artica est. Simile exemplum extat in l. ult. si à parent. quis man. de patre qui filium quem contra pietatem male afficiebat manumittere cogitur.

Bonis conditionibus] Justo pretio; item ne gravis conditio venditioni à domino servis injuria opponatur; veluti ut ne manumittantur ut Italia exportentur ut in vinculis semper habeantur. Theophil.

Vendere] Nemo rem suam vendere cogitur, l. invitum 11. C. de contr. emt. ac ne justo quidem pretio. l. 9. ff. de act. rer. an. nisi id exigat utilitas publica quæ hujus regula generalis est exceptio. Cause impulsivæ variæ esse possunt, veluti ut tempore famis & annonæ caritatis cogatur divites & maxime negotia-

tores frumentum atque alia edulia præcio pretio vendere, per l. 1. §. cura 11. de off. pref. urb. l. annonam 6. de extorad. crim. In servis hic est justa deprecatio auxilii contra sævitiam dominorum, est & favor libertatis, §. ult. infra de donat. Sed & favore religionis idem receptum, ut in specie l. 12. §. ult. de religio. Pretium dominis daretur.] Observandum etiam tunc cum quis ex justa causa rem suam alienare cogitur pretium rei reddendum esse.

3. Expediit enim Reipub.] Est quidem unusquisque rei suæ moderator & arbiter, l. 1. in re mandata 21. C. mand. in tantum ut etiam abuti possit, l. sed et si 25. §. contulit 11. ff. de ber. per. Ceterum interest Reipub. huic arbitrio modum à lege præscribi, ne privati fortunis suis abutendo publ. co noceant. Accedit hic conditio personæ, quæ licet fortuna servus homo tamen est & jure naturæ domino æqualis. Nimirum Reip. institutio id semper fert, ut dominium quoddam habeat superius singulorum dominio ad necessitates aut utilitates publicas, quod Grotius lib. 2. de jur. bell. & pac. cap. 2. & in flor. spars. ad leg. Barbarius 3. de offic. præ. appellat dominium eminentis, & in hac sententiam egregie disputat Plato lib. 11. de legibus. Hinc est, quod Princeps etiam de bonis subditorum disponere potest dirigendo eorum usum ad publicam seu communem utilitatem. Qua de causa etiam persæpe potestas quam quisque dominus in re sua habet libertati restringitur ac terminatur.

Nec cuiquam hominum jus suum detrahi] Ratio dubitandi in hoc rescripto. Unde intelligimus ne à Principe quidem posse cuiquam jus suum sine causa detrahi, de quo vide Hotom. illust. quart. cap. 1.

Sed & dominorum interest] Alia decidendi ratio præter eam quæ supra posita est ad ipsos dominos pertinens, ne videlicet servi si nullum sibi contra sævitiam auxilium paratum esse sciant, aut aufugiant aut manus sibi inferant aut in perniciem dominorum aliquid machinentur. Ceterum ex iis quæ supra disputavimus abunde liquet opus non esse, ut causa coercendæ dominicæ potestatis summo gentium jure concessæ aliunde petatur, quam ex eo quod ratio naturalis fieri sinit, à qua longe abit absoluta illa & infinita potestas quam pleræque gentes & cum his Romani usurparunt.

Sævitius executionum] Pro qualitate scil. delicti extra ordinem in ipsum animadversurum, nam certa poena hic definita non est. Wesem.

## TITULUS IX.

## DE PATRIA POTESTATE.

Lib. 8. Cod. tit. 47. Part. 4. tit. 17.

Continuatio &amp; argumentum tituli.

L. 1. tit. 2. Part. 4.

## COMMENTARIUS.

- 1 Ad perficiendas nuptias præter legitimum contrabendum consensus nihil desiderari
- 2 Nunquam ( nisi ex Dicina dispensatione ) in foro conscientie licuisse plures uxores eodem tempore habere
- 3 Quo tenent nuptie dicantur individua contractus, & que gentes ea perpetuo persistunt.
- 4 Quid vitæ consuetudine significatur.
- 5 De ipsalibus quadam notatu digna.

**S**equitur pars altera divisionis initio superioris tituli tradita, ad eos pertinens qui sunt in potestate patria. Potestas hæc tribus modis constituitur, justis nuptiis legitimatione adoptione. Nuptiæ naturalem hujus potestatis causam continent, ideoque de hoc modo primo loco quaeritur, docturque hoc titulo quod sint nuptiæ, cujus juris sit patria potestas, qui quos in potestate habeant. De effectibus hujus potestatis quod Justinianus omisit nonnulli nos dicemus in excessu §. 2. hoc tit.

## TEXTUS.

In potestate nostra sunt liberi nostri quos ex justis nuptiis procreavimus.

L. 1. tit. 17. Part. 4.

## COMMENTARIUS.

**E**X justis nuptiis] Nam ut nuper diximus liberi ex injusto matrimonio nati in potestate patris non sunt, l. 1. de stat. hom. ad. oue nec patrem jure civili habere intelliguntur, sicut nec vulgo concepti, §. pen. seq. tit. Lege quidem naturæ matris conditionem sequuntur, ut scribit Jurisconsultus in lege lex naturæ 14. de stat. hom. sed cum feminæ liberos in potestate non habeant, l. femina 10. inf. de adopt. sequitur eos nec in potestate avi materni esse. Denique in hoc negotio is solus pater habetur quem nuptiæ demonstrant, l. 5. ff. de in jus voc. In notis, literæ I. N. Q. justis nuptiis quaeritur significat, Grotio =

## TEXTUS.

## Definitio nuptiarum.

1. Nuptiæ autem sive matrimonium est viri & mulieris conjunctio individuum vitæ consuetudinem continens.

**N**uptiæ sive matrimonium] Promissæ ferre vocabula ( nuptiæ & matrimonium ) usurpantur. Sæpe tamen nuptias cum dicimus, intelligimus festivitatem & celebratam nuptialis diei, ut in l. pen. de donat. inter vir. & uxor. l. sancimus 24. C. de nupt. sicut & apud Græcos *γάμος* accipitur Joann. cap. 2. v. 1. & 2. Illud translative est nuptias à nubendo dictas esse, eo quod olim novæ nuptæ pudoris ergo caput obnubere flammæ solebant, idque Festus, Nonius & alii complures notant. Seneca in Ollavia de Poppea Neroni nubente c. 702.

Velata summum flammæ tenui copul. 1. Conjunctio] Hoc generis loco ponitur & simul causam efficientem denotat, nempe consensus, qui ut rerum ita & vitæ societatem efficit, etiam nihil aliud invenerit. Est quidem principalis matrimonii finis solibus procreatio cum s'ne corporum conjunctio habere non possumus, unde inter eas personas quæ ad eam rem inhabiles sunt nuptiæ non consistunt, l. si terra 19. §. 1. de jur. dot. sed ad vinculum matrimonii consensu stabilium nihil adjicit, juxta tritum illud nuptias non concubitus sed consensus facit, l. pen. de don. int. vir. & uxor. l. 15. de cond. & dem. l. nuptias 30. de reg. jur. VINN. Nuptiæ ex decreto Concilii Tridentini perfectæ intelliguntur simul ac coram Parocho & duobus vel tribus testibus contractæ fuerint, & ex eo demum tempore communio honorum inter conjuges jure nostro inducitur, l. 3. tit. 3. lib. 3. For. legg. ADDIT. Sunt qui ad implendas nuptias

tias jure Romano necessariam fuisse existimant solemnem illam deductionem mulieris in domum mariti que veteribus usurpata fuit, ut nuptiarum festivitatem, per l. 1. de rit. nupt. l. 15. de cond. & dem. l. 6. C. de donat. ante nupt. l. sancimus 24. C. de nupt. Sed verius est neutrum eorum ut necessarium desiderari, ut intelligere licet ex responso Scævole, l. 22. de don. int. vir. & ux. & rescripto Theodosii, l. si donationum 22. C. de nupt. nec admodum difficile est ad superiores locos respondere. Nam in l. 5. de rit. nupt. Jurisconsultus non docet quomodo nuptiæ contrahantur sed rationem ac formam tantum deductionis demonstrat. Quod autem Ulpian. in l. 15. de cond. & dem. ait, conditionem nuptiarum tunc impletam esse, cum uxor deducta est; & Justinian. l. sancimus 24. C. de nupt. conditionem nuptiarum non aliter impleri quam si ipsa nuptiarum accedat festivitas, ac mente extraneorum sumum est, qui cum nuptias alicujus futuras nominant ad solemnitatem & celebratam nuptiarum cogitationem referre solent. Sed & in re ambigua hoc ritu consensus declaratur, & nuptiæ ac deductione aut festivitate intelliguntur perfectæ, quod tantum ostendere voluit Imp. in d. l. 6. C. de donat. ante nupt. Qui priscorum ritus in nuptiis adhiberi solitos nosse cupit, legat Brisson. lib. singul. de rit. nupt. VINN. Consensus faciebatur nuptias; sed in manu non conveniebat uxor nisi adhibito solemnium nuptiarum ritu, veluti confarricatione coëntione usum. Denique & domum deductione opus erat quoties non de voluntate ipsorum contrahentium sed de explenda voluntate aut legislatoris aut tertii cuiusdam quærebatur, quales casus sunt in l. 5. ff. de rit. nupt. l. 15. de condit. & dem. l. 24. C. de nupt. apud Paul. rec. sentent. 21. 15. §. pen. necnon in l. 6. C. Theod. de siron. ubi vide Jaca. Gothofr. in comment. tom. 11. p. 377. HEIN.

*Viri & mulieris*] Nam duorum ejusdem sexus conjunctio detestanda est, & lege Dei lege naturæ legibus omnium gentium damnata. Ait mulieris, *unicuique* (singulariter) ad excludendam polygamiam, id est nuptias cum pluribus uxoribus eodem tempore contractas: nam successive plures uxores habere, aut quod idem est, matrimonio per mortem alterius solum aliam ducere prohibuit non est, quod tamen & ipsum species est *polygamias*. Igitur apud Romanos vetitus fuit plures uxores eodem tempore habere, quod & aliarum quoque gentium moribus improbatum fuisse ostendimus tit. seq. §. *affinitatis* 6. n. 7. idque divinæ simul ac natura-

lurali legi convenienter, quia etsi non adversetur primis principiis adversatur tamen conclusionibus juris naturalis, quod ego paucis sed firmis rationibus confirmabo.

2. Legi divinæ primæque institutioni matrimonii contrarium esse polygamiam evincitur primum ex loco Matr. c. 19. v. 8. Nam argumentum quo ibi Christus utitur adversus divortium *ab initio autem non fuit sic*; nullas vires habet nisi hanc majorem præsupponat; ita in matrimonio se res habere debet quemadmodum in principio fuit; assume jam: atqui initio duo tantum conjuncti fuerunt in carnem unam, *Genes. 2. v. 24.* ergo lege institutionis matrimonii duo tantum, id est mas cum femina unâ conjungi debent. Eadem plena ratione & ex prima conjugii institutione licentiam polygamie damnat Malachias cap. 2. v. 14. & seq. ut bene ostendit vir doctissimus collega noster D. Joann. Coccejus in d. d. b. x. c. P. 4. Patet *Leviti. 18. v. 18.* polygamia expresse prohibetur, quod summi Theologi & Hebrææ linguæ peritissimi Junius & Tremellius firmissimis rationibus demonstrant locum ex phrasi Hebræa ita vertentes: *mulierem unam, ad alteram ne assumis*. Tertio, cum cæremonialia præcepta in novo Testamento abrogata fuerint, quæcumque Apostoli præcepta tradidere moralia esse constat, cum in politia tum in oeconomia, & à singulis observanda. Atqui 1. *Cor. 7. v. 2.* monogamia præcipitur iis qui matrimonium expectant; non potest enim, quod vult Apostolus, unaquæque mulier suum proprium virum habere si communem cum aliis in polygamia habeat. Quod autem morale est id à singulis observandum, & perpetui juris est, adeoque & in veteri Testamento obtinuit. Denique videmus primam institutionem conjugii sic exponi à Christo & Apostolo, ut duo solummodo in unam carnem coalescere censeatur, *Matth. 19. v. 5. & 1. Cor. 6. v. 16.* nec ante Lamechum Cainici generis hominem quemquam legitimus plures simul uxores duxisse; ex quo intelligitur polygamiam sicut & reliquis corruptelas palatim irrepisse. Quorsum enim alias hoc in Lamecho expresse notasset Moses? *Genes. 4. v. 19.* Sed & communis ratio polygamiam damnat, primum quia mutuum conjugum amorem quem singulares nuptiæ fovēt dividit, deinde quia fidem violat qua obligat alteri sive perpetua consuetudinis vitæ alteratione tradit & corpus suum nancipat, unde merito Christus pronunciat eum mechachi qui vinculo prioris matrimonii non solum aliam uxorem

du-

indissolubile esset. Et Deus interveniens personas conjungit; quod autem Deus conjungit, homo separare non debet, *Matth. 19. v. 6.* quo etiam loco & *Matth. 5. v. 31. & 109.* prohibentur omnia divortia, præterquam que ex causa aut æqualis atrocitatis aut adulterii fiunt. In illa utrumque dixi perpetua atque individua vitæ consuetudine Germanos persistisse scribit Tacitus de morib. *German. cap. 28.* Apud Romanos quoque à condita urbe usque ad annum 720. nullum inter virum & uxorem divortium interessisse, testes sunt Dionys. Halic. lib. 2. Valer. Max. lib. 2. cap. 1. Gell. lib. 4. cap. 3. Primus Sp. Carvilius Ruga Romæ uxorem sterilitatis causa dimisit, ut fidem testantur. Procedente tempore divortia passim & sine ulla causæ redditione permixta, sed viris dumtaxat, ut arguit locus Plauti in *Mercator. act. 5. v. 1.* *scen. 6.* Tandem etiam uxoris, ut constat ex tit. de divor. & repud. Juvenalis *satur. 6.* notat mulierem que crebro divertendo intra quinquenium odios viros permutaverat. Vixit hæc ipsa divortiorum licentia apud Romanos argumento est, in definitione hæc *individuum vitæ consuetudinem* non opponi divortii sed separate oeconomiae conjugum. Eorum enim erat communes habere penates communem thalamum, & hinc uxor domum duenda. Eodem ergo sensu individuum dicitur vitæ consuetudo inter conjuges quo amici dicuntur esse comites individui. Vide Tacit. *Annal. lib. 6. cap. 10.* Et sic egregie hæc definitio congruit alteri Modestini in leg. 1. ff. de rit. nupt. HEIN.

3. *Individuum*] Verbum hoc *individuum*, duobus modis accipitur: uno modo pro eo quod commune adhuc est atque indivisum, quo sensu individua hereditas dicitur à Modestino, l. sine 32. §. *Lucius* 6. de adm. tut. & à Paulo individuum curæ officium, l. *Lucius* 46. §. 1. eod. altero modo pro eo quod dividi non potest, ut cum servitates obligationes stipulationes individuas dicimus. Atque utraque significatio huic loco convenit, prima quidem simpliciter ut ex his que mox dicemus patet, altera secundum quid videlicet respectu aliarum conjunctionum & societatum que facile dividi, hoc est separari & pro arbitrio unius dissolvi possunt. Neque enim Imp. Christiani non nisi ex gravissimis causis divortia admittit, l. 8. C. de repud. Nov. 117. c. 8. & 9. Dici etiam potest conjugale vinculum ex proposito & voto contrahentium perpetuum atque individuum esse, sicut ex accidenti aliquando contingat separatio, quod in definitione considerandum non fuit. Quod si hæc res ad primam matrimonii institutionem, & ad eam quam hic Deus sibi partem vindicari exigitur, multo justius hæc conjunctio dicitur individua. Nam ut Christus nos docet, initio conjugium sic à Deo institutum est, ut

indissolubile esset. Et Deus interveniens personas conjungit; quod autem Deus conjungit, homo separare non debet, *Matth. 19. v. 6.* quo etiam loco & *Matth. 5. v. 31. & 109.* prohibentur omnia divortia, præterquam que ex causa aut æqualis atrocitatis aut adulterii fiunt. In illa utrumque dixi perpetua atque individua vitæ consuetudine Germanos persistisse scribit Tacitus de morib. *German. cap. 28.* Apud Romanos quoque à condita urbe usque ad annum 720. nullum inter virum & uxorem divortium interessisse, testes sunt Dionys. Halic. lib. 2. Valer. Max. lib. 2. cap. 1. Gell. lib. 4. cap. 3. Primus Sp. Carvilius Ruga Romæ uxorem sterilitatis causa dimisit, ut fidem testantur. Procedente tempore divortia passim & sine ulla causæ redditione permixta, sed viris dumtaxat, ut arguit locus Plauti in *Mercator. act. 5. v. 1.* *scen. 6.* Tandem etiam uxoris, ut constat ex tit. de divor. & repud. Juvenalis *satur. 6.* notat mulierem que crebro divertendo intra quinquenium odios viros permutaverat. Vixit hæc ipsa divortiorum licentia apud Romanos argumento est, in definitione hæc *individuum vitæ consuetudinem* non opponi divortii sed separate oeconomiae conjugum. Eorum enim erat communes habere penates communem thalamum, & hinc uxor domum duenda. Eodem ergo sensu individuum dicitur vitæ consuetudo inter conjuges quo amici dicuntur esse comites individui. Vide Tacit. *Annal. lib. 6. cap. 10.* Et sic egregie hæc definitio congruit alteri Modestini in leg. 1. ff. de rit. nupt. HEIN.

4. *Individuum vitæ consuetudinem continens*] Adjunctum proprium, atque ex parte finis. His autem verbis existimo Justinianum significare non tantum domesticam societatem & conversationem, sed etiam rerum quandam communem & individuum rerum omnium inter conjuges usum; in summa rerum & corporum communicationem, *εὐκλίστην & ἐνείκην κτήνην*. Atque hanc interpretationem adjuvat Modestinus l. 1. de rit. nupt. cum ait: *nuptiæ sunt conjunctio maris & femine, consortium omnis vitæ, divini & humani juris communicatio*. Nulla enim res est sive divini sive humani juris quam conjux cum conjugi non communiceat, cujusque inter eos salva honestate conjugii promiscuus usus esse non debeat. Unde Gordianus Imp. uxorem dicit suscipi *sociam divinam & humanam domus*, l. 4. C. de crimin. expil. ber. Quamquam fortasse Modestinus & Gordianus cum ita loquuntur aut respiciunt, nempe ad sacra paganorum que domi sibi quis

que

que & familie suæ habebat, quorum uxor fiebat sociæ. Meminit horum sacrorum Cic. 2. de Legib. Plaut. in Capito. Plin. in Paneg. Adde Duar. in tit. solut. matrim. de nupt. Male nonnulli hæc definitionis verba referunt ad communionem bonorum, nam vera bonorum societas, nullis nostris moribus, inter virum & uxorem nulla est, neque jure civili neque jure canonico, Peck. de testam. conj. 2. cap. 1. Covar. de matrim. p. 2. c. 7. §. 1. Chassan. ad consuetud. Burgund. rubr. 4. n. 4. & 16. novissime D. Lambert. Goris advers. jur. tract. 1. cap. 1.

5. Nuptialis honestatis causa præcedere solent sponsalia, ita dicta à spondendo quia moris fuit veteribus stipulari & spondere sibi uxores futuras, l. 2. de sponsal. Gell. lib. 4. c. 4. unde etiam sponsi sponsæ appellatio nata est, l. 3. eod. Sunt autem sponsalia, ut Florentinus definit, mentio & repromissio futurarum nuptiarum, l. 1. eod. At, futurarum nuptiarum, siquidem unum tantum genus est sponsaliorum necesse scilicet promissio de futuris nuptiis. Quamvis enim jus canonicum duo genera constituit unum eorum quæ de futuro appellantur, alterum quæ de presenti, c. pen. & ult. eod. hanc tamen distinctionem Auctores juris civilis non agnoscunt, quibus sponsalia de presenti sunt ipsum matrimonium jam mutuo consensu contractum, l. nuptias 30. de reg. jur. Sed neque juris canonici Interpp. per sponsalia de præsentibus quæ vocant, negant contrahi matrimonium, sed tantum respectu matrimonii per conjunctionem corporum consummatum hæc etiam sponsalia ab iis dicuntur. Panor. d. c. pen. n. 2. Covar. de spons. p. 1. c. 1. n. 6. & in c. ornati res 4. c. cum initiator §. c. conjuges 6. c. conjux 9. c. 27. q. 2. Sponsus & sponsa de presenti vocantur vir & uxor. VINN. Numquam tamen ex decreto Concilii Tridentini sponsalia in matrimonium abeunt nisi accesserit presentia Parochi & duorum vel trium testium; tunc enim & sponsalia de presenti & matrimonium ratum dicuntur, quod sola monastice Religionis professione solvi potest. Post commixtionem vero corporum matrimonium dicitur consummatum, ad vinculum quod atinet omnino indissolubile. Addit.

### TEXTUS.

#### Qui habent in potestate.

2. Jus autem potestatis quod in liberos habemus propriam est civium Romanorum; nulli enim

### LIB. I. TIT. IX.

alii sunt homines qui talem in liberos habeant potestatem qualem nos habemus.

#### L. 1. Tit. 17. Part. 4.

### COMMENTARIUS.

1. Duo sensu patria potestas dicitur propria civium Romanorum.  
2. Jus patriæ potestatis per herili initio fuisse, sed sentium multis modis imminutum.

1. **C**ertum est Justinianum hoc loco distinguere voluisse patriam potestatem à dominicâ, idque à causa efficiente. Nam §. 1. præced. tit. dominicam dixit esse juris gentium, hæc patriam dicit esse propriam civium Romanorum sive juris civilis. Videamus quam recte juris civilis esse dicuntur non solum quæ sunt juris mere positivi, sed etiam ea quæ mixti juris sunt & secundum quod tantum civilis, quatenus scilicet cum aliquo originem ex jure naturæ aut gentium habeant lex civilis certam eis formam dedit novisque qualitatibus indita civium ea propria fecit exclusis ab eorum communione peregrinis, quod pluribus docemus & exemplis declaramus, §. 1. sup. de jur. nat. gent. Inter ea quæ mixti juris sunt numeranda est patria potestas, nam origo ejus non ex alio jure quam ex quo matrimonium quæ prima & antiquissima paterni imperii causa est; nimirum marito ut capiti familiaris naturæ lege atque ordine competet imperium in omnem familiam in uxorem in liberos in servos, quamvis non eodem imperii genere omnibus imperet. Nam ut recte & naturali ratione convenienter docet Aristot. 1. pol. c. 1. & 8. Ethic. 12. neque maritus uxorem neque pater liberos servili imperio regere debet, sed uxorem *πατρικῶς* ut in optimatum Republ. magistratus civis suos; liberos autem *βασιλικῶς* ut Rex subditos quos ut Rex amat, & ut ad eorum utilitatem omnia dirigat ita & liberos ex se genitos amat pater curam eorum gerit iisque potestatis omnibus modis studet. Itaque patria potestas simpliciter & in genere considerata juris gentium est, adeoque dominicâ antiquius quanto matrimonium antiquius est bellis & servitutibus. Vis & lex naturæ semper in ditione parentum esse liberos jussit, ait Plinius in Paneg. Trajan. At considerata in specie & definitæ secundum leges & mores Romanorum civilis est; & hoc sensu recte opponitur potestati dominicæ, quæ meri est juris gentium, §. 1. sup. præc. tit.

Ac

### DE PATRIA POTESTATE.

Ac tamen Antoninus modum dominicæ potestatis posuit, non ideo tamen ea facta est juris civilis sive civium Romanorum propria, ut falso existimant Myns. Schneid. Wes. ad §. 2. præc. tit. quippe cum & peregrini idem semper jus haberint, sed res tantum revocata est ad rationem juris gentium primævi. Vide quoque notavimus sub d. §. 1. & 2. Esse autem hæc etiam mentem Justiniani verba hujus §. non obscurè ostendunt. Nam hoc ipso quod ait nullos alios homines talem potestatem in liberos habere qualem civis Romani habent, satis significat etiam alios homines habere potestatem in liberos, quamvis talem fortassis nulli habeant. Utique qui formas vivendi Græciæ civitatibus condiderunt certum voluerunt esse modum patriæ potestatis ac finem, ut nimirum patribus tantummodo liceret liberos modice castigare, quæ via si nihil proficerent ultimum erat ut eos abdicarent, id est nudos re omni modo expellerent, quæ abdicatio *ἀποτίθεως* dicebatur, l. 6. C. hoc tit. Eam autem potestatem alii annis terminabant alii matrimonio, nonnulli publica in viros adscriptione, teste Dionys. Halicarn. lib. 2. p. 69.

2. At Romanorum in liberos potestas neque finem habuit nec modum. Non finem quia in omne vitæ filii tempus producta fuit, etiamsi summos honores gessisset & laudem singularis erga Remp. studii consecutus esset. Non modum quia immensa fuit & plane *δεσποτική*. Nam primum ex lege Romuli repetita postea & confirmata à Decemviris filius erat, in patris sui manu potestate mancipioque erat, habebatque pater jus in eum vitæ & necis terque veniendi potestatem, in quo majus etiam jus patris quam domini fuit, auctore eodem Dionys. d. lib. 2. facit l. in suis 11. de lib. & post. l. ult. C. de pat. pot. Quo tamen loco lapsus in eo est Constantinus quod scribit non licuisse patri filio eripere libertatem; nisi sic eum excusari placeat quod jus vendendicius exoleverit quam vitæ & necis. Equidem plus hæc in re tribuendum existimo testimonio accuratissimi antiquitatum Romanarum scriptoris qui Augusti temporibus floruit, quam Principis Byzantini. Quod vero Ulpianus in l. 8. de his qui sui vel alien. jur. scribit jus potestatis moribus receptum esse, id tantum ut ego existimo verum esse respectu quorundam effectuum qui moribus vel introducti sunt, ut substitutio pupillarum, l. 2. de val. & pup. aut in imaginarios conversi, ut veniendi potestas. Præterea quemadmodum servus domino ita filius omnia acquirebat patri, ut scribit idem auctor

Tom. I.

lib. 8. Sed jus illud vitæ & necis vendendi alienandi mancipandi potestas, utpote à ratione juris naturæ atque à pietate in qua patris imperium consistere debet, l. 5. de leg. P. omp. de parricid. nimis longe recedens, merito postea displicuit, permittensque dumtaxat patri privatum filium castigare & corrigere; si vero quid tale filius admisisset quod graviter animadversionem desideraret ad magistratum rem deferri leges voluerunt, l. 3. C. de pat. pot. l. un. C. de emend. propin. l. 2. ad leg. Corn. de sicar. Ita paulatim asperi & duri Roma norum mores mitigari coeperunt Græcorum condimentis ut videtur, à quibus cum bonarum litterarum disciplinas accepissent ad hæc sunt mansuetudinem morum facilitatemque revocati. Sed & jus acquirendi per filium multis modis imminutum est, de quo dicemus infra tit. per quas pers. cuiq. adq. Alia quoque pleuraque patriæ potestatis effecta procedente tempore multum imminuta sunt ut suis locis indicabimus. VINN. Non lapsus videtur Constantinus M. l. ult. C. de pat. pot. dum negat licuisse patri filio eripere libertatem. Libertatem enim pro ingenuitate accipit; sensusque est, quamvis parentes in servitium vendiderunt liberos non tamen iis ereptam esse ingenuitatem, siquidem manumissi non libertini fuerint facti, sed ingenui. Vide quæ supra notavimus ad §. 1. Inst. de ingen. Libertatem autem veteres saepe pro ingenuitate dixisse, vel ex l. 4. ff. de just. & jur. apparet, ubi tria genera hominum referunt LIBERI & his contrarium SERVI, & tertium genus LIBERTI. HEIN. Apud nos vetera patriæ potestatis jura ut plurimum ab usu recessere. Singula suis notabilibus locis. Addit.

### TEXTUS.

#### Qui sunt in potestate.

3. Qui igitur ex se & uxore tua nascitur in tua potestate est. Item qui ex filio tuo & uxore ejus nascitur id est nepos tuus & nepotæ aquo in tua sunt potestate, & pronepos & pronepiti & deinceps ceteri. Qui autem ex filia tua nascitur in potestate tua non sunt sed in patris eorum.

#### L. 2. tit. 17. Part. 4.

### COMMENTARIUS.

Qui ex filio suo] l. 4. de his qui sui vel alien. jur. Ratio perspicua est quia in familia

H

avi

58  
 avi paterni nascitur: omnes autem qui sunt ejusdem familiae subjecti sunt familiae principi, qui hic est filii patris; & qui est in potestate alterius alium in sua potestate habere non potest, l. sic evomit 21. ad l. Jul. de adult. & ita deinceps l. 5. ff. de his qui sui vel alieni sur.

Qui autem ex filia sua? Nati ex filia mea non in mea sed in patris sui potestate & familia sunt, l. cum legitima 19. de stat. hom. l. familia 196. §. 1. de verb. sign. Unde quia mulier familiam suam non propagat familiae suae At, inquit, cum nuptiis filiam non solvatur patris potestatis, §. 2. inf. de senat. Tertull. l. 2. §. 1. l. quoties 29. solut. matr. l. 1. §. ult. de injur. cum similibus: cur non etiam is qui ex filia mea nascitur esse in potestate mea sed in potestate patris sui? Respondeo id fieri & civili ratione, d. l. cum

legitima 19. & naturali sive potius juris gentium, argumento eorum que ante diximus de patre ejus qui caput est familiae. Adeoque patre elocando filiam haecdem juri suo cedere intelligitur, sicut & plerisque aliis in rebus de quibus alibi dicendi dabitur locus. Jure antiquo uxor que in manum viri convenerat vi aut coemptione, in familiam & potestatem viri transibat etatque ei filia loco & jura suorum heredum in familia nanciscebatur, matremque familias appellabant, cum alia uxores tantum essent & matronae dicerentur. Hoc igitur modo atque ritu si filiafamilias nupta in manum viri convenisset in totum solvebatur jure & potestate patris. Si quis est Antiquitatis studiosior is Horoman. adeat, qui quidquid ad accuratam hujus rei cognitionem pertinet ex Cic. in Topic. cap. 3. & Boet. ibid. Dionys. Halicarn. lib. ant. 2. p. 95. Gell. lib. 58. cap. 6. Ulpian. in fragm. tit. 9. diligenter coligit.

## TITULUS X.

## DE NUPTIIS.

D. lib. 3. tit. 2. C. lib. 5. tit. 4. Novell. 74.

For. legg. lib. 3. tit. 1. Part. 4. tit. 2. Recop. lib. 4. tit. 1.

Ratio ordinis & argumentum tituli.

ET si superiore titulo de nuptiis dici coeptum est ut primo & precipuo modo constituenda patris potestatis, tamen cum ex his qui ibi dicta sunt noverim intelligamus que sint jure nuptie ex quibus nati demum sunt in potestate patris, ideo ejus rei tractatio hoc loco subijcitur, doctetur ad justas nuptias que res exigantur, que personae quibus matrimonio jungi non possint, qua poena afficiantur qui adversus precepta legum coeunt. Ad extremum & alius constituenda patris potestatis modus explicatur, quem legitimam nunc vulgo appellamus.

## TEXTUS.

Qui possunt nuptias contrahere.

Justas autem nuptias inter se cives Romani contrahunt qui secundum precepta legum coeunt, masculi quidem puberes femina autem viri potentes, sive patres familiarum sint sive filii fa-

1 Quid in hoc argumento vocabulum justus significet.

2 De aetate cotinuum.

3 De eorum consensu.

4 De consensu parentum adhibendo.

5 Et quid de jure canonico.

6 Ratiobilitas patris an efficiat ut retro nuptiae abique consensu ejus contrahat legitima fiant.

1. **J**USTI Justi variae sunt pro adjuncto significatio. Hoc loco justum idem significat quod res juris, legitimum; & juste dicitur nuptiae quae secundum jura civitatis Romanae inter puberes cives contrahuntur, eodem sensu quo justum matrimonium in l. un. unde vir & uxor. l. 13. de his quibus ut indigni. Sic justus liberi dicitur legitimi ad differentiam naturalium dumtaxat & vulgo quatorum, l. 5. §. pen. II. 1. 1. & 12. de stat. hom. justus pater ad differentiam naturalis, l. leg. Julia 44. §. 3. de rit. nupt. juxta uxor, l. uti tenentur 11. cod. quae leg. tima in l. 4. cod. In genere autem justae nuptiae habentur quae secundum eorum que populi instituta contrahuntur.

Cives Romani? Igitur cum servis, Latiniis, peregrinis, deportatis connubium non est, Ulpian. fragm. tit. 5. §. 4. l. 3. C. de inc. nupt. Cic. in Top. Atque hinc responsum est, si quis rogatus fuerit hereditatem restituere si sine liberis decessisset isque deportatus in insula liberis sustulisset, conditionem non defecisse, l. ex facto 17. §. ex facto 3. ad Sen. Treb.

2. **M**ASCULEI quidem puberes? Romani ea demum aetate civibus suis matrimonia permiserunt quae natura apta esse creditur ad generandum, maribus post annum decimum quartum quo tempore ipsam aetatem necessitate pubescere & vim generationis moveri incipere scribit Macrobius in somn. Scipion. lib. 1. c. 6. & Arist. 7. pol. 16. exurgere res virorum deest, feminis autem biennio maturius quia post annum duodecimum virum pati posse creduntur, l. 4. de rit. nupt. l. 10. de cond. & demonstr. cujus diversitatis si quis rationem quaerit adaeat Arist. 4. de gen. anim. c. 6. Macrobius 7. Saturna. 7. Ab hac autem determinatione legitime & matrimonio contrahendo idoneae aetatis longe recedit Plato qui 4. & 6. de legib. tricesimum annum masculis praescribit, longius etiam Arist. 7. polit. 16. qui eos demum coniungi vult circa annum 36. feminas autem anno 18. Juris Pontificii auctores pubertatem metiuntur ex potentia coeundi non ex numero annorum, cap. 3. §. fin. de despon. impub. qui tamen hodie generali consuetudine sequuntur definitionem juris civilis, quae etsi non in omnes in plerisque tamen quadrat & Medicorum etiam ac Physicorum auctoritate fulcitur. Raro tamen hac aetate apud nos praesertim masculi matrimonio junguntur. Inpon-

salibus aetas definita non est, quapropter & a primordio aetatis sponsalia efficere possunt, in modo utraque persona sit infans major, l. in sponsal. 24. de sponsal. a quibus tamen facti puberes libere recedere possunt, c. 7. & l. de spons. impub. Vix. Solebant & impuberes Romani uxores ducere nonnulli viri potentes. Exempla extant apud Gruter. Inscr. p. 788. 8. p. 815. 3. p. 824. 1. Tunc vero nuptiae hujusmodi non rescindebantur, sed tamen non prius justae erant quam conjuges justam aetatem attigissent. Hinc nec antea dos peti poterat, l. 65. ff. de jur. dot. nec repudiata datur actio rei uxoriae, l. 17. §. 1. ff. de reb. aut. jud. poss. l. 74. ff. de jur. dot. nec ea poterat legatum sub conditione nuptiarum exigere, l. 10. pr. ff. de cond. & dem. Sponsae ergo loco erat immatura domum ducta, modo sponsalia praecessissent, l. 3. §. 27. ff. de don. int. vir. & ux. junct. l. 9. ff. de sponsal. Legitima vero uxor tunc ferebat cum apud virum expletset duodecim annos, l. 4. ff. de rit. nupt. HEIN.

3. **C**ONSENSUM habeant parentum quorum in potestate? Jure civili in nuptiis requiritur consensus tum eorum qui coeunt, tum parentum si quos habent, quorum sunt in potestate, l. 2. hoc tit. quod etiam in sponsalibus observatur, l. 7. l. 11. cum seqq. de sponsal. lib. Primum nuptiae sine consensu coeuntium non consistunt sicut nec alius ullus contractus sine consensu intelligi potest, l. 1. §. 3. de pact. Quid ergo si error interveniret? Distinguedum est: nam si talis sit error qui consensum impedit, puta si quis erret in persona putans Titiam esse cum qua contrahit cum sit Sempronia, hic error matrimonium vitiat, arg. l. si per errorem 15. de jurisd. l. 9. de contr. emt. Nam quod Jacobus Liam pro Rachele suppositam retinuit, in eo non est usus suo jure, c. quod autem c. 29. quest. 1. Lombard. 4. dist. 30. Idem dicendum est si erretur circa qualiter essentialiter, veluti circa potentiam generandi aut necessitudinem, puta si ignorabatur esse amica aut soror cum qua contractum est. At si circa accidentalia tantum erratum sit, verbi causa si pauper est quae dives dicebatur, si capitis quae morigerata, si plebeja quae nobiliter dicebatur &c. quoniam haec vel adesse vel abesse possunt salvo matrimonio, & sic in re ipsa justus consensus est, ratum erit matrimonium, d. c. quod autem in fin. Covarruv. de matrim. p. 2. c. 3. §. 6. n. 2. Illud autem quod Innocentius III. respondit, cap. tua nos 26. de sponsal. si quis ut honestam